



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum gnomin sit specialis virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super Questionis quinquagesimae prima articulum quartum

In articulo 4. dubio occurrit, quibus pacto gnome est virtus. Et est ratio dubii, quia si est virtus aut naturalis, aut acquisita, scilicet naturalis non est, quia praeter synderesim, quae habitus principiorum est, nulla virtus ponitur naturalis in intellectu pratico, sicut nec in speculativo, nisi habitus principiorum. Nec acquisita, quia acquiruntur virtutes intellectus experientis, quae ex memoria colliguntur, ut patet in prologo Metaphy. Haec autem praeter communes regulas iudicanda sunt raro contingencia, ac per hoc ab uno, & eodem homine parum, aut nihil experientio probabilis: & sic virtus haec nunquam habebitur.

Ad hoc dicitur, quod virtutes sunt duplici differentia. Nam quaedam sunt, quarum materiae in communi vita frequenter occurrunt, ut virtutes, quae cardinales vocantur, ut patet discurrenti per earum materias, scilicet, commutationes, distributiones, appetitus, ac delectationes ciborum, & venereorum, timoresque periculorum: Quaedam vero sunt, quarum materiae non communitur, ac frequenter accidunt, ut patet de magnificencia, & magnanimitate. Non enim magna diuitiae, aut magni honores crebro occurrunt. Et quia exercitationes earum non sunt similes, ideo etiam cum aliis non intelligitur simili modo, sicut de primis. Nam cum virtutes omnes connexae sint, primas tantum connexio ponit in actu simpliciter; secundas autem in actu secundum quid, id est, in potentia propinqua actu simpliciter. Pauper enim virtuosus non est magnificus simpliciter, sed in potentia propinqua, praeparata

3 Præ. Nunquam est defectus in præcipiendo, nisi sit aliquis defectus in iudicando, saltim in particulari operabili, in quo omnis malus errat. si ergo synefis ponitur virtus ad bene iudicandum, videtur quod non sit necessaria alia virtus ad bene præcipiendum: & ideo prudentia erit superflua, quod est inconueniens. non ergo synefis est virtus.

SEB CONTRA. Iudicium est perfectius, quam consilium: sed ebullia, quae est bene consiliativa, est virtus: ergo multo magis synefis, quae est bene iudicativa, est virtus.

RESPON. Dicendum, quod synefis importat iudicium rectum, non quidem circa speculabilia, sed circa particularia operabilia, circa quae etiam est prudentia. Unde secundum synefim dicuntur aliqui in greco synefici, id est, iudicari, vel eulyneci, id est homines boni sentus. Sicut econtrario, qui carent hac uirtute, dicitur atyneci, id est insensati. Oportet autem quod secundum differentiam actuum, qui non reducuntur in eadem causam, sit etiam diuersitas virtutum. Manifestum autem, quod bonitas consilij, & bonitas iudicij, non reducuntur in eandem causam. Multi enim sunt bene consiliatiui, qui tamen non sunt bene sentati, quasi recte iudicantes. Sicut etiam in speculatiuis aliqui sunt bene inquirentes propter hoc, quod ratio eorum propria est ad discernendum per diuersa: quod videtur puenire ex dispositione imaginatiue virtutis, quae de facili potest formare diuersa phantasmatia: Et tunc huiusmodi quandoque non sunt boni iudicij, quod est pro defectu intellectus, qui maxime contingit ex mala dispositione communis sensus non bene iudicatis. Et ideo oportet praeter ebulliam esse aliam virtutem, quae est bene iudicativa, & haec dicitur synefis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod rectum iudicium in hoc consistit, quod vis cognoscitiua apprehendit rem aliquam, secundum quod in se est. Quod quidem prouenit ex recta dispositione virtutis apprehensiuæ: si cut in speculo si fuerit bene dispositum, imprimuntur formae corporum secundum quod sunt. Si vero fuerit speculum male dispositum, apparent ibi imagines distorte, & prae se habentes. Quod autem virtus cognoscitiua sit bene disposita ad recipiendum res, secundum quod sunt, contingit quidem radicaliter ex natura, consummari autem ex exercitio, vel ex munere gratiae, & hoc dupliciter. Vno modo directe ex parte ipsius cognoscitiuae virtutis, puta, quia non est imbuta prauis conceptionibus,

bus, sed veris, & rectis: & hoc pertinet ad iudicium, secundum quod est specialis virtus. Alio modo indirecte ex bona dispositione appetitiuae virtutis, ex qua sequitur, quod homo bene iudicet de appetibilibus: & sic bonum virtutis iudicium consequitur habitus virtutum moralium, sed circa fines: synefis autem est magis circa ea, quae sunt ad finem.

AD SECVNDVM dicendum, quod in malis quidem potest iudicium rectum esse in vniuersali: sed in particulari agibili, semper eorum iudicium corrumpitur, ut supra habitum est.

AD TERTIVM dicendum, quod contingit quandoque id, quod bene iudicatum est, differri, vel negligenter agi, aut inordinate. Et ideo post virtutem, quae est bene iudicativa, necessaria est finalis virtus principalis, quae est bene praecipitiua, scilicet, prudentia.

ARTICVLVS III.

Utrum gnome sit specialis virtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod gnome non sit specialis virtus a synefi distincta. Quia secundum synefim dicitur aliquis bene iudicatus: sed nullus potest dici bene iudicatus, nisi in omnibus bene iudicet. ergo synefis se extendit ad omnia iudicanda. non est ergo aliqua alia virtus bene iudicatiua, quae gnome dicatur.

2 Præ. Iudicium mediū est inter consilium, & praecipitum: sed una tantum virtus est bene consiliatiua, scilicet, ebullia: & una tantum virtus est bene praecipitiua, scilicet, prudentia. ergo etiam una tantum est virtus bene iudicatiua, scilicet, synefis.

3 Præ. Ea quae raro accidunt, in quibus oportet aliquando a consilijs discedere, videntur praecipue casualia esse, quorum non est ratio, ut dicitur 2. Phys. Omnes autem uirtutes intellectuales pertinent ad rationem rectam. ergo circa praecipitum non est aliqua uirtus intellectualis.

SEB CONTRA est, quod Philo. determinat in 6. Ethic. gnomem esse specialem uirtutem.

RESPON. Dicendum, quod habitus cognoscitiui distinguuntur secundum altiora, uel inferiora principia, sicut sapientia in speculatiuis altiora principia considerat, quam scientia, & ideo ab ea distinguuntur: & ita etiam oportet esse in actiuis. Manifestum est autem, quod illa, quae sunt praeter ordinem inferioris principij, siue causae, reducuntur quandoque in ordinem altioris principij: sicut monstruoli

Utrum consilium debeat poni inter dona Spiritus sancti :

AD PRIMVM sic proceditur . Videtur , quod consilium non debeat poni inter dona Spiritus sancti : Dona enim Spiritus sancti adiutorium virtutum dantur , ut patet per Gregor. in 2. Moral. sed ad consiliandum homo sufficienter perficitur per virtutem prudentiam , vel etiam eubuliam , ut ex dictis patet . ergo consilium non debet poni inter dona Spiritus sancti .

3. dist. 35. q. 2. artic. 4. q. 1. mora. cap. 36. ante mod. 19. 47. & 51. art. 1. & 2.

¶ 2. Præter . Hæc videtur esse differentia inter septem dona Spiritus sancti , & gratias gratis datas , quod gratia gratis data non datur omnibus , sed distribuitur diuersis : dona autem Spiritus sancti dantur omnibus habentibus Spiritum sanctum : sed consilium videtur esse de his , quæ specialiter aliquibus a Spiritu sancto dantur , secundum illud 1. Machab. 2. Ecce Simon frater vester , ipse vir consilij est . ergo consilium magis debet poni inter gratias gratis datas , quàm inter septem dona Spiritus sancti .

¶ 3. Præter . Rom. 8. dicitur . Qui spiritu Dei aguntur , hi filij Dei sunt : sed his , qui ab alio aguntur , non competit consilium . cum ergo dona Spiritus sancti maxime competant filiis Dei , qui acceperunt spiritum adoptionis filiorum , videtur quod consilium inter septem dona Spiritus sancti poni non debeat .

SED CONTRA est , quod Isa. 11. dicitur . Requiescet super eum spiritus consilij , & fortitudinis .

RESPON. Dicendum , quod dona Spiritus sancti , ut supra dictum est , sunt quædam dispositiones , quibus anima redditur bene mobilis a Spiritu sancto . Deus autem mouet vnumquodque secundum modum eius , quod mouetur , sicut creaturam corporalem mouet per tempus , & locum : creaturam autem spirituales per tempus , & non per locum , ut August. dicit in 8. super Gen. ad literam . Est autem proprium rationali creaturæ , quod per inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum , quæ quidem inquisitio consilium dicitur . Et ideo Spiritus sanctus dicitur per modum consilij creaturam rationalem mouere : & propter hoc consilium ponitur inter dona Spiritus sancti .

i. s. q. 68. ar. 1.

l. i. s. c. 11. r. 10. mo. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum , quod prudentia , uel eubulia siue sit acquisita , siue sit infusa , dirigit hominem in inquisitione consilij , secundum ea , quæ ratio comprehendere potest : unde hõ per prudentiam , uel eubuliam fit bene consiliarius vel sibi , vel alij . Sed quia humana ratio non potest comprehendere singularia , & contingentia , quæ occurrere possunt , fit quod cogitationes mortalium sunt timidae , & incertæ prudentie nostre , ut dicit Sap. 9. Ideo indiget homo in inquisitione consilij dirigi a Deo , qui omnia comprehendit , quod fit per donum consilij , per quod homo dirigitur , quasi consilio a Deo accepto . Sicut etiam in rebus humanis , qui sibiipsis non sufficiunt in inquisitione consilij , a sapientioribus consilium requirunt .

AD SECVNDVM dicendum , quod hoc potest pertinere ad gratiam gratis datam , quod aliquis ita sit boni consilij , quod aliis consilium præbeat : sed quod aliquis a Deo consilium habeat , quid fieri oporteat in his , quæ sunt necessaria ad salutem , hoc est commune omnium sanctorum .

AD TERTIVM dicendum , quod filij Dei aguntur a Spiritu sancto secundum modum cordi , saluato . s. libero arbitrio , quæ est facultas voluntatis , & rationis . Et sic inquantum ratio a Spiritu sancto mouetur , uel instruitur de agendis , competit filiis Dei donum consilij .

Secunda Secundæ S. Thomæ. Q. 4. Super

principis suis , & proxima dispositione , quamuis exercitum gnomes non ita reum sit : quoniam & in materia illius etiam priuatis personis plures accidunt in recompensatione bonorum , quæ non possunt aliter recuperare : facientes sibiipsis iniuriam , ut fecerunt filij Israel , petentes munus ab Aegyptiis oppressoribus suis , quamuis hoc diuina etiam fecerint authoritate . Et in materia temperantie præter communes regulas corpus incolume subsistentem mensuram occurrunt propter occurrentem finem et cum corporis dispendio abstinere , ut in actibus lectionis , sermonis uelocis , requiescentis necessitate , seruicij mirramorum , & numerorum . Et per hæc patet responsio ad obiecta , quæ scilicet est virtus acquisita , & quomodo acquiritur .

AD SECVNDVM dicendum , quod inquisitio autem fit et per cõia . Vnde et in speculatiuis dialecticis , quæ est inquisitiua , procedit ex communibus ; demonstratiua autem , quæ est iudicatiua , procedit ex proprijs . Et ideo eubulia , ad quam pertinet inquisitio consilij , est vna de omnibus , non autem synesis , quæ est iudicatiua . Præceptum autem respicit in omnibus vnam rationem boni : & ideo etiam prudentia non est nisi vna .

AD TERTIVM dicendum , quod omnia illa , quæ præter cõem cursum cõtingere possunt , cõsiderare pertinet ad solam prudentiam diuinam : sed inter homines ille , qui est magis perspicax , potest plura horum sua ratione diiudicare . Et ad hoc pertinet gnome , quæ importat quandam perspicacitatem iudicij .

¶ Super Questionis quinquagesimæ secundæ Articuli primus .

QVAESTIO LII.

De dono consilij , in quatuor articulis diuisa .

POSTEA considerandum est de dono consilij , quod respondet prudentie .

Et circa hoc quaeruntur quatuor .

¶ Primo , Utrum consilium debeat poni inter septem dona Spiritus sancti .

¶ Secundo , Utrum donum consilij respondeat virtuti prudentie .

¶ Tertio , Utrum donum consilij maneat in patria .

¶ Quarto , Utrum quinta beatitudo , quæ est , Beati misericordes &c. respondeat dono consilij .

¶ Nat. 1. q. 52. aduer

tes , quod bonum consilij ab eubulia et acquisita , quam infusa non solum differt secundum cõem differentiam doni a virtute , quæ pertinet ad aliorum modo . Sed superfluum est operandum , sed est propter rationem , quia eubulia est recte consiliaria actiue : donum autem consilij est recte consilium passiuæ , quod ad ipsam acquisitionem consilij , ut in responsione ad primum dicitur , quamuis acceptum iam consilium actiue dirigat : in sequenti articulo in responsione ad vltimum dicitur .